

Efficius super
p leuitium

tur exuari. quia ex parte sunt et non
charitas eorum et ipsa ex parte sit. Ex par
te enim id est imperfecte diligimus sicut
ex parte scimus ut ait efficius super Le
uiticum. cum ergo omne quod ex parte est
euacuetur. cur charitas excipitur quod di
citur nunquam excidere. Charitas quidem
etiam ex parte est ut sepe sancti docent.
quia ex parte diligimus nunc. et ideo ip
sa euacuabitur in quantum ex parte est quod
tollet imperfectio et addetur perfectio.
Remanebitque ipsa aucta et actus eius et
modus diligendi. ut diligas deum pro
pter se ex toto corde. et proximum tuum si
cut teipsum. Sed imperfectio modus
euacuabitur. Fides vero et spes pen
de euacuabitur. scientia vero secundum actum
et modum suum qui nunc est. non secundum sui
essentiam tolletur. Ipsa enim virtus sci
entie remanebit. sed alium tenebit usum
et modum.

Si christus ordinem charitatis prescri
ptum habuerit.

Nunc iam superest

inuestigare si christus secundum quod homo or
dinem diligendi prescriptum seruauerit. Quod si est omnem hominem sicut se
ipsum dilexit. Omnibus ergo vitam opta
uit. omnesque saluos fieri voluit. sed non
omnes salui sunt. et ita non est factum quod
optauit. sed non est ignorandum in eo fu
isse charitatem iuxta modum patrie non
vie. eumque ordinem diligendi implese
qui seruatur in patria non in via. Qui ei
in patria sunt. id est beatificati sunt. ad eo
iusticie dei addicti sunt ut nihil eis pla
ceat nisi quod deo placet. Ac per hoc illo
rum tantum salutem diligunt et volunt
quos deus saluare vult eosque solos. sic
se diligunt. Ita et christus electos tan
tum sicut se dilexit. eorumque salutem op
tauit.

De charitate dei.

Remissis ad

sciendum est de dilectione dei
qua ipse diligit nos que non
alia est quam illa qua diligimus eum. Dile
ctio autem dei diuina ysa est. eademque

dilectione pater et filius et spiritus sanctus
se diligunt. et nos ut supra disseruimus.
Cumque eius dilectio sit immutabilis et
eterna. alium tamen magis. alium minus
diligat. Unde Augustinus. Incorporensibilis
est dilectio dei atque immutabilis quam deus in
vnoquoque nostrum amat quod fecit. si
cut et odit quod fecimus. Quis ergo et
diuino modo. etiam quando odit diligit
nos. et hoc quidem in omnibus intelli
gi potest. Quis ergo digne potest eloqui
quantum diligat membra unigeniti sui
et quanto amplius unigenitum ipsum.
De ipso etiam dictum est nihil odisti eo
rum que fecisti. Ex his percipitur quod de
us omnes creaturas suas diligit. quia
scriptum est. nihil odisti eorum que fe
cisti. Et item. vidit deus cuncta que fe
cerat. et erant valde bona. Si omnia que
fecit bona sunt. et omne bonum diligit.
omnia ergo diligit que fecit. et inter ea
magis diligit rationales creaturas. et de
illis eas amplius que sunt membra uni
geniti sui. et multo magis ipsum unige
nitum.

Aug. super
Jobem.

Ex qua intelligentia dicitur magis vel
minus diligere hec vel illa.

Cur autem dilectio

dei immutabilis sit. et ideo non intendi
tur vel remittitur. si queritur que sit ra
tio dicti cum dicitur magis vel minus di
ligere hoc quam illud. et cum dicitur deus
omnia diligere dicimus dilectionem dei
sicut pacem experire omnem sensum
humanum. ut ad tante altitudinis intel
ligentiam vitam aliquatenus aspiret huma
nus sensus.

Ex quo sensu omnia que fecit deus dili
gere dicatur.

Potest tamen sane

intelligi ea ratione dictum diligere a deo
que fecit. quia omnia placent ei. omnia
approbat in quantum opera eius sunt.
nec tunc nec prius vel amplius placue
runt ei cuius facta sunt scilicet antequam fe
rent. imo ab eterno omnia placuerunt ei
non minus quam postquam esse cepissent. Ex ve
ro rationales creaturas. id est homines

DI XXX
II